



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Antonii Sanderi Presbyteri, S. Th. Licentiati Hagiologivm
Flandriae Sive De Sanctis eius Prouinciae Liber vnus**

Sanderus, Antoine

Antverpiae, 1625

Votvm Ad Flandros Sanctae Memoriae Viros

urn:nbn:de:hbz:466:1-10172

VOTVM
AD FLANDROS SANCTÆ
MEMORIAE VIROS

Saluete illustres anima, Indigetesque Beati,
Vos primum, diuina qui Religione potentes
Ornatis patrium magnis virtutibus orbem,
Exemplisque boni, monitisque salubribus olim
Gonduginum fortes pia Sancti sub iuga Christi
Duxistis populos, & casto deuia Recto
Pectora ad egregium pulcri traxistis amorem.
Saluete, ô celsi queis nunc patet aurea calis
Ianua, qui leto manantem nectare sucrum
Purpureo Bibilis nunc ore : humilemque serenos
In terram vultus ab vertite, & illa probantem
Inclinate animum nostri monumenta laboris.
Fortunata cohors? hoc unum vos ego fuis
Deposcam lacrymis, hoc imi cordis anhelo
Inplorem gemitu, ferventibus inclita votis
Turba faue : placuit SANDERI si labor istis
Ingenij Sculptus tabulis, fuit aut tibi quidquam
Dulce meum vestros haec longum dicat honores
Pagina, sollicitumque boni defendite uatem.
Scilicet infirma post tot discrimina vita
Vobiscum patrijs ut sedibus esse beatus,
Et pars una queam stellata ibi noscier aula.

ANTONIVS SANDERVVS Canebat.

LIVTOV

E A

ANTO-

